



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio IIII. De verbo. Et habet art. 8.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

res non est autem inconueniens relationes rōnis in infinitum multiplicari, vt Auic. dicit.

Lib. 3. Metaph. Para. ante hunc.

AD SECUNDVM dicendū, q̄ si loquamur de idea proprie, s̄m quod est rei, eo modo, quo est in esse producibilis, sic vna idea responder singulari, speciei, & generi, indiuiduatis in ipso singulari, eo q̄ Socrates, homo & animal non distinguuntur secundum esse. Si autem accipiamus ideam cōiter pro similitudine, vel ratione, sic cum diuersa sit confideratio Socratis, vt Socrat. est, & vt homo est, & vt est animal, respondebunt ei plures ideæ, vel similitudines.

AD TERTIVM dicendū, q̄ quāuis aliquid sit a causa respectu proximi agentis: nihil tamen est a causa respectu agentis, qui omnia præcognoscit.

AD QVARTVM dicendum, q̄ mulus habet speciem mediam inter equum, & alinum: ideo non est in duabus speciebus, sed in vna tantum, quæ est effecta per commisionem seminum, in quantum virtus actiua maris non potuit perducere materiam feminæ ad terminos propriæ speciei perfectæ, propter materiæ extraneitatem: sed producit ad aliquid propinquum suæ speciei. & ideo eadem ratione assignatur idea mulo, & asino.

QVAESTIO IIII.

De Verbo.

In octo articulos diuisa.

- ¶ Primo queritur, Vtrum in diuinis verbum proprie dicatur.
- ¶ Secundo, Vtrum in diuinis essentialiter, vel personaliter verbum dicatur.
- ¶ Tertio, Vtrum verbum Spiritus sancto cōueniat.
- ¶ Quarto, Vtrum Pater dicat creaturam.
- ¶ Quinto, Vtrum verbum respectum ad creaturam importet.
- ¶ Sexto, Vtrum verbo res verius esse habeant, quā in seipsis.
- ¶ Septimo, Vtrum eorum quæ non sunt, nec erūt, nec fuerunt, sit verbum.
- ¶ Octauo, Vtrum quod factū est sit vita in verbo.

ARTICVLVS PRIMVS.

Verum in diuinis verbum proprie dicatur.

1. p. 9. 34. 4. 2. 4.

QVAESTIO est de verbo. Et primo queritur, vtrum verbum proprie dicatur in diuinis. Et videtur q̄ non. est enim duplex verbum. scilicet interius, & exterius: exterius autem de Deo proprie dici nō potest, cum sit corporale, & transiens, similiter nec verbum interius, quod definiens Damasc. 2. lib. inquit. Sermo interius dispositus est motus animæ in excogitando factus, sine aliqua enuntiatione: in Deo autem nō potest poni, nec motus, nec cogitatio, quæ discursu quodam perficitur. ergo videtur, q̄ verbum nullo modo proprie dicatur in diuinis.

Cap. 18. non procul a fine.

Lib. 15. c. 11. tom. 3.

¶ 2. Præf. Aug. in 3. de Trini. probat, quod verbum est ipsius mentis, ex eo quod etiam eius os aliquid esse dicitur, vt patet Matth. 15. Quæ procedunt de ore, hæc coinquinant hominem, quod de ore cordis intelligendum esse ostenditur, ex his, quæ sequuntur. quæ autem procedunt de ore de corde exeūt: sed os non dicitur, nisi Metaphorice in spiritualibus rebus. ergo nec verbum.

¶ 3. Præf. Verbū ostenditur esse mediū inter creaturam, & creaturas, ex hoc, qd̄ Ioan. 1. dicitur. Omnia

per seipsum facta sunt, & ex hoc ipso probat Aug. quod verbum non est creatura: ergo eadē ratione potest probari, quod verbum non est creator. ergo verbum nihil ponit quod sit in Deo.

¶ 4. Præf. Mediū equaliter distat ab extremis. si igitur verbum est mediū inter patrē dicentē & creaturam, quæ dī, oportet quod verbum per essentia distinguatur a patre, cum per essentia distinguatur a creatura: sed in diuinis non est aliquid per essentia distinctum. ergo verbum nō proprie ponitur in Deo.

¶ 5. Præf. Quicquid non conuenit filio, nisi secundum quod est incarnatus, hoc nō proprie dī in diuinis, sicut esse hominem vel ambulare vel aliquid huiusmodi: sed rō verbi non conuenit filio, nisi secundum quod est incarnatus, quia ratio verbi est ex hoc quod manifestat dicentem: filius autē non manifestat patrē nisi secundum quod est incarnatus, sicut nec verbum nostrum, nisi secundum quod est vocatum.

¶ 6. Præf. Si verbum proprie diceretur in diuinis, idem esset verbum quod fuit ab æterno apud patrem, & quod est ex tempore incarnatum: sicut dicimus quod est idem filius: sed hoc, vt videtur, dici non potest, quia verbum incarnatum comparatur verbo vocis sicut verbum apud patrem existens, verbo mentis, vt patet per Aug. in lib. de Trini. non est autē idem verbum cum voce prolatum & verbum in corde existens. ergo non videtur quod verbum quod ab æterno dicitur apud patrem fuisse, proprie ad essentiam diuinam pertineat.

¶ 7. Præf. Quanto effectus est posterior, tanto magis habet rationem signi, sicut vinum est causa finalis dolij, & ulterius circuli, qui appēditur ad dolium designandum, vnde circulus habet maxime rationem signi: sed verbum, quod est in voce, effectus postremus ab intellectu progrediens. ergo magis conuenit ratio signi, quam conceptui mentis, & similiter etiam ratio verbi, quod a manifestatione imponitur. omne autem quod prius est in corporalibus, quam in spiritualibus, non proprie dī de Deo. ergo verbum non proprie dicitur de ipso.

¶ 8. Præf. Vnum quodq; nomē illud præcipue significata quo imponitur. sed hoc nomē verbū imponitur vel a uerberatione aeris, uel a boati, secundum quod uerbum nihil aliud est quam uerum boatis. ergo hoc est quod præcipue significatur nomine uerbi: sed hoc nullo modo cōuenit Deo nisi metaphorice. ergo uerbum non proprie dicitur eē in diuinis.

¶ 9. Præf. Verbum alicuius dicentis uidetur esse similitudo rei dicte in dicente: sed patet intelligenti se, non intelligit se per similitudine: sed per essentia. ergo uidetur, quod ex hoc quod intuetur se non generet aliquod uerbum sui: sed nihil aliud est dicere summo spiritui, quam cogitando intueri, ut August. dicit. ergo verbum non proprie dicitur in diuinis.

¶ 10. Præf. Omne quod dī in Deo ad similitudinem creaturæ, non dī de eo proprie sed metaphorice: sed verbum in diuinis dicitur ad similitudinem uerbi quod est in nobis, ut August. dicit. ergo uidetur, quod metaphorice, & nō proprie in diuinis dicitur.

¶ 11. Præf. Bass. dicit quod Deus dī uerbum, secundum quod eo oīa proferuntur, sapientia quo oīa cognoscuntur, lux quo oīa manifestantur: sed proferre non proprie dī in Deo, quia prolatio ad uocē pertinet. ergo uerbum non proprie dī in diuinis.

¶ 12. Præf. Sicut se hēt uerbum uocis ad uerbum incarnatum: ita uerbum mētis ad uerbum æternum.

vt per Aug. patet. sed verbum vocis nō dī de verbo incarnato, nisi metaphoricē. ergo nec verbum interius dicitur de verbo æterno, nisi metaphoricē.

SED CONTRA, Aug. dicit in 9. de Trinit. verbum quod in finitūre intendimus, cum amore notitia est: sed notitia, & amor proprie dicuntur in diuinis. ergo & verbum.

¶ 2 Præf. August. in 15. de Trin. dicit, verbum quod foris sonat, signum est verbi quod intus latet, cui magis verbi cōpetit nomen. Nā illud quod profertur carnis ore, vox verbi est: verbum quæ & ipsum dī pp illud a quo vt foris appareret, assumptū est. Ex quo patet quod nomen verbi magis proprie dī de verbo spiritali, quam de corporali: sed omne illud, quod magis, pprie inuenitur in spiritalibus, quam in corporalibus, propriissime Deo cōpetit. ergo verbum propriissime in Deo dicitur.

¶ 3 Præf. Richar. de S. Victore dicit, quod verbum est manifestatiuum sensus alicuius sapientis: sed si- lius manifestat verissime sensum patris. ergo nomē verbi proprie in Deo dicitur.

¶ 4 Præf. Verbum fm Aug. in 15. de Trinit. nihil est aliud quā cogitatio formata: sed diuina consideratio nō quā ē formabilis, sed semp formata, qā semp est in suo actu. ergo pprie dī verbum in diuinis.

¶ 5 Præf. Inter modos vnus, illud quod est simplicissimū, primo, & maxime pprie dī vnū, ergo & similiter in verbo, quod est maxime simplex pprie sine dicitur verbum: sed verbum, quod est in Deo, est simplicissimū. ergo proprie dicitur verbum.

¶ 6 Præf. Secundum Grammaticos, hæc pars orationis quæ verbum dī, ideo sibi nomen cōe appropriat, qā est perfectio totius orationis, quasi præcipua pars orationis, & quia per verbum manifestantur aliæ partes orationis, secundum quod in verbo intelligitur nomen: sed verbum diuinum est perfectissimū inter omnes res, & est etiam manifestatiuum rerum. ergo propriissime verbum dicitur.

RESPON. Dicendum, q nō imponuntur secundum quod cognitionem de rebus accipimus. & qā ea quæ sunt posteriora in natura, sunt ut plurimum prius nota nobis, inde est, quod frequēter secundū nois impositionē, aliquando nomē prius in aliquo duorum inuenitur in quorum altero res significata per nomē prius existit, sicut patet de nominibus quæ dicuntur de Deo & creaturis, ut ens & bonū, & hmōi, quæ prius fuerūt creaturis imposita, & ex his ad diuinā prædicationē translata, quis esse & bonum prius inueniatur in Deo. & ideo quia verbum exterius cum sit sensibile, est magis notum nobis quam interius, secundum nois impositionem, per prius uocale verbum dī verbum, q̄ uerbū interius, quis verbum interius naturaliter sit prius, utpote exterioris cā efficiens & finalis: finalis quidem, quia verbum uocale ad hoc a nobis exprimitur, ut interius uerbū manifestetur: unde oportet quod uerbū interius sit illud quod significat p uerbum exterius: uerbum autē, quod exterius pfertur, significat id, quod intellectum est, nō ipsum intelligere, neq; hoc intellectū, qd est habitus uel potētia, nisi quatenus & hæc intellecta sunt, unde uerbū interius est ipsum interius intellectū. Efficiens autē, qā uerbum platū exterius, cū sit significatiuum ad placitū, eius principū ē uoluntas, sicut & ceterorū artificiatorū, & iō sicut aliorū artificiatorū pexillit in mēte artificis imago qdā exterioris artificij, ita in mēte pferētis uerbū exteri pexillit quoddā exēplar exterioris

ris verbi: & iō, sicut in artifice tria cōsideramus. scilicet artificij, & exēplar ipsius, & ipsum artificij iam productum, ita etiā in loquēte triplex uerbum inuenitur. scilicet, qd per intellectum cōcipitur ad qd significādum uerbum exterius profertur, & hoc est uerbum cordis sine uoce prolātū: itē exēplar exterioris uerbi, & hoc dī uerbum interius, qd habet imaginē uocis, & uerbum exterius expressum, quod dī uerbum uocis: & sicut in artifice præcedit intentio finis, & deinde sequitur excogitatio formæ artificij, & ultimo artificiatum in esse pducit, ita uerbū cordis in loquēte est prius uerbo, qd habet imaginē uocis, & postremū est uerbum uocis. Verbum igit uocis, qā corporaliter explet, de Deo dici non pot nisi metaphoricē, ut ipse. creaturā a Deo, pductæ etiā uerbū eius dicitur, aut motus ipsarū, in quarum designat intellectum diuinū, sicut effectus cām. Unde eadē rōne, nec uerbum qd imaginē habet uocis, poterit dici de Deo, pprie, sed metaphoricē tm, ut sic dicantur uerbum Dei idæ rerum factidarū: sed uerbū in Deo dicitur, qd actu consideratur per intellectum, proprie de Deo dī, quia est omnino remotum a materialitate, & omni defectu, & hmōi proprie dicunt de Deo, sicut scientia, & scitum, intelligere & intellectum.

AD PRIMUM ergo dicendū, q nec uerbum interius sit id, quod intellectum est, & hoc sit in nobis, nisi fm quod actu intelligimus, uerbū interius semper requirit intellectum in actu suo, qui est intelligere: ipse autē intellectus motus dī, non quidē imperfecti, ut describit in 3. Phys. sed motus pfecti, qui est operatio, ut dī in 3. de anima. & ideo Dama. dicit, uerbum interius esse motum mentis, ut cū accipit motus pro eo ad quod motus terminatur. i. operatio p operato, sicut intelligere p intellecto, nec hoc requiritur ad rōnē uerbi, quod factus intellectus, qui terminat ad uerbum interius, fiat cum aliquo discursu, quem uer cogitatio importare: sed sufficit qualitercūq; aliquid actu intelligat. Quia tamē apud nos, ut frequēter per discursum interius aliquid dicimus pp hoc Dama. & Ansel. definiētes uerbum, ut uer cogitatione loco considerationis.

AD SECUNDUM dicendū, q argumentum Aug. nō procedit a simili, sed a minori: minus enim uidet, quod in corde os esse dici debeat quam uerbum. & ideo ratio nō procedit.

AD TERTIUM dicendum, q medium pot accipi dupliciter: Vno mō, inter duo extrema motus, sicut pallidū est mediū inter albū, & nigrū in motu denigrationis, uel dealbationis. Alio mō, iter agēs, & patēs, sicut instrumentū artificis est mediū inter ipsum, & artificiatū: & similiter oē illud, quo agit: & hoc modo filius est mediū inter patrē createm, & creaturā factā per uerbum, nō autem inter Deū creatē, & creaturā, qā ipsum uerbū etiā est Deus creats: unde sicut nō est creatura, ita nō est pater: & tamen etiam pp hoc ratio nō sequeretur, dicimus. n. quod Deus creat per sapientiam suam essentialiter dictā, ut sic sapiētia sua dici possit mediū inter Deum, & creaturā, & tamen ipsa sapiētia est Deus Aug. autē nō per hoc probat uerbū nō esse creaturā, quia est mediū, sed quia est uniuersalis creaturæ causā. In quolibet. n. motu sit reductio ad aliquod primum, quod nō mouetur fm motum illum, sicut alterabilia omnia reductur in primū alterans non alteratum, & ita etiam illud, in qd reductur creatura omnia, oportet esse increatū.

Quest. dif. S. Tho. RR 3 AD

Com. 28. tomo. 1. 3. de anima com. 15. tomo. 2. Lib. 1. cap. 18. non pte. cul a huc.

Ansel. monolo. ca. 46. circa mediū & Dama. lib. 1. c. 18. nota ptecul a huc.

AD QVARTVM dicendum, q̄ mediū qđ accipit̄ inter terminos motus, aliquñ accipit̄ fm̄ æquidistantiā terminorum, aliquādo autē non, sed mediū qđ est inter agens, & patiens, & si sit quidē medium, vt instrumentum, qđque est propinquius primo agēti, qđque vltimo patienti: & quandoque se habet fm̄ æquidistantiā ad vtrumque, sicut patet in agente, cuius actio ad patiens peruenit pluribus instrumentis: sed medium, qđ est forma qua agens agit, semp̄ est propinquius agenti, quia est in ipso, fm̄ veritatē rei, non autem in patiente, nisi secundum sui similitudinem: & hoc modo verbum dicitur esse mediū inter patrem, & creaturā, vnde nō oportet, qđ æqua liter distet a patre, & creatura.

AD QVINTVM dicēdū, qđ quāuis apud nos manifestatio, qđ est ad alterū, nō fiat nisi p̄ verbum vocale, tamē manifestatio ad seipsum, fiat etiā p̄ verbum cordis, & hæc manifestatio aliā præcedit, & ideo est verbū interius dicitur verbū p̄ prius, similiter etiā per verbum incarnatum pater omnibus manifestatus est: sed per verbum ab æterno genitum eū manifestauit sibi ipsi, & ideo non conuenit sibi nomen verbi secundum hoc rāntum, quod incarnatus est.

AD SEXTVM dicēdū, qđ verbū incarnatū habet aliquid simile cū verbo vocis, & aliqd̄ dissimile. hoc quidē simile est in vtroque, rōne cuius vnū alteri cōparatur, qđ sicut vox manifestat verbum interius, ita per carnē manifestatum est verbum æternum: sed quantum ad hoc est dissimile, qđ ipsa caro assumpta a verbo æterno, non dicitur verbum, sed ipsa vox quæ assumitur ad manifestationem verbi interioris dicitur verbum, & ideo verbum vocis est aliud a verbo cordis: sed verbum incarnatum est idē, qđ verbum æternum, sicut & verbum significatum per vocem, est idem, quod verbum cordis.

AD SEPTIMVM dicēdū, qđ rō signi per prius cōuenit effectui quā causā, quādo causā est effectui causā essendi, non autē significādi, sicut in exēplo proposito accidit: sed quādo effectus habet a causā nō solum qđ sit, sed etiam quod significet, tunc sicut causā est prius, quā effectus in essendo: ita in significando. & ideo verbum interius per prius habet rationem significationis quam verbū exterius: quia uerbum exterius non instituitur ad significandum, nisi per interius uerbum.

AD OCTAVVM dicendum, qđ nomē dicitur ab aliquo imponi dupliciter, aut ex parte imponētis nomen, aut ex parte rei cui imponitur: ex parte autē rei nomen dicitur ab illo imponi per qđ completur rō rei, quam nomen significat, & hæc est differentia specifica illius rei, & hoc est, qđ principaliter significatur per nomen: sed qđ differentie essentialis sunt nobis ignotæ, quādoque vrimur accidētibus, vel effectibus loco earū, ut 8. Meta. dicitur: & fm̄ hoc nominamus rē, & sic illud, qđ loco differentie essentialis sumit, est a quo imponit nomē ex parte imponētis, sicut lapis imponit ab effectu, qui est lædere pedē, & hoc non oportet esse principaliter significatum p̄ nomē, sed illud loco cuius hoc ponitur. Similiter dico, qđ nomen uerbi a uerberatione, uel a boatu dicitur ex parte imponētis, non ex parte rei.

AD NONVM dicēdū, qđ quāru ad rōnē uerbi pertinet, nō differt utrum aliqd̄ intelligatur p̄ similitudinē, uel essentiā: cōstat. n. qđ interius uerbum significat omne illud, qđ intelligi potest, siue per essentiā, siue per similitudinē intelligatur: & ideo omne intellectum, siue per similitudinē, siue per essentiā

intelligatur, potest verbum interius dici.

AD X. dicendum, qđ de his quæ dicuntur de Deo & creaturis, quædam sunt quorum res significatæ per prius inueniuntur in Deo quam in creaturis, quamuis nomina prius fuerint creaturis imposita, & talia proprie dicuntur de Deo, vt bonitas & sapientia & huiusmodi. Quædam vero sunt quorum res significatæ Deo non conueniunt, sed aliquid simile illis rebus, & huiusmodi dicuntur metaphorice de Deo: sicut dicimus Deum, leonem, uel ambulāntem. Dico ergo quod uerbum in diuinis dicitur ad similitudinē nostri uerbi, ratione impositionis nominis, nō propter ordinem rei: vnde non oportet quod metaphorice dicatur.

AD XI. dicēdū, qđ prolatio pertinet ad rōnē uerbi quātum ad id a quo imponitur nomen ex parte imponētis, nō autē ex parte rei: & ideo quāuis prolatio dicatur metaphorice in diuinis, non sequitur qđ uerbum metaphorice dicatur, sicut est Damascenus: dicit quod hoc nomen Deus dicitur ab Erihū, quod est ardere: & tamen quamuis ardere dicatur metaphorice de Deo, non tamen hoc nomen Deus.

AD XII. dicēdū, qđ uerbi incarnatū cōparatur uerbo vocis, pp̄ quādam similitudinē tñ, vt ex dictis patet: & ideo uerbi incarnatū non potest dici uerbum vocis, nisi metaphorice: sed uerbum æternum comparatur uerbo cordis, secundum veram rōnem uerbi interioris: & ideo uerbum dicitur utrobique proprie.

ARTICVLVS II.

Vtrum uerbum in diuinis essentialiter, uel personaliter dicatur.

SECUNDO queritur, utrum uerbi in diuinis dicatur essentialiter, uel personaliter. Et ut quod essentialiter possit dici: qđ nomē uerbi a manifestatione imponitur, ut dictū est: sed essentia diuina potest se per se ipsam manifestare, ergo ei uerbum potest se cōpetit, & ita uerbum essentialiter dicitur.

¶ 2 Præf. Significatum per nomē est ipsa definitio, ut in 4. Metaphys. dicitur: sed uerbum fm̄ Aug. 9. de Trinitate, est notitia cum amore, & secundum Anselmum in Monolog. dicere summo spiritum nihil est aliud, quam cogitando intueri in ueritate.

tem definitione nihil ponitur, nisi essentialiter dicitur, ergo uerbum essentialiter dicitur.

¶ 3 Præf. Quicquid dicitur est uerbi: sed patet dicitur nō solum seipsum, sed et filii & spiritus sancti, ut dicit Aug. in lib. prædicto. ergo uerbum tribus personis commune est, ergo uerbum essentialiter dicitur.

¶ 4 Præf. Quilibet dicens habet hoc uerbum quod dicit, ut Aug. dicit 7. de Trinitate: sed sicut dicit Anselm. in Monolog. sicut pater est intelligens, & filius est intelligens, & spiritus sanctus intelligens, & tamen non sunt tres intelligentes, sed unus intelligens: ita pater est dicens & filius est dicens, & spiritus sanctus est dicens, & tamen non sunt tres dicētes, sed unus dicēs, ergo cuiuslibet eorum respondet uerbum: sed nihil est cōmune tribus nisi essentia. ergo uerbum essentialiter dicitur in diuinis.

¶ 5 Præf. In intellectu nostro non differt dicere & intelligere, sed uerbi in diuinis sumitur ad similitudinē uerbi quod est in intellectu nostro, ergo nihil aliud est in Deo dicere, quam intelligere, ergo uerbum nihil aliud est quam intellectum: sed intellectum in diuinis essentialiter dicitur, ergo & uerbum.

¶ 6 Præf. Verbum diuinum, ut Aug. dicit est potentia operatiua patris: sed potētia operatiua essentialiter dicitur in diuinis, ergo & uerbum essentialiter dicitur.

Lib. 7. Meta. cō. 10. 10. 3.

¶ 7 Præ. Sicut amor importat emanationem affectus, ita verbum emanationem intellectus: sed amor in diuinis essentialiter dicitur, ergo & verbum.

¶ 8 Præ. Illud quod potest intelligi in diuinis, non intellecta distinctione personarum, non dicitur personaliter: sed verbum est huiusmodi, quia et illi qui negant distinctionem personarum, ponunt quod Deus dicit seipsum, ergo verbum non dicitur personaliter in Deo.

IN CONTRARIUM est, quod dicit Augustinus in 6. de Trinitate, quod solus filius dicitur verbum, non autem simul pater & filius verbum: sed omne quod essentialiter dicitur, communiter utriusque conuenit, ergo verbum non dicitur essentialiter.

¶ 1 Præ. Ioan. dicitur, Verbum erat apud Deum: sed ly apud, cum sit propositio transitiva, importat distinctionem, ergo verbum a Deo distinguitur: sed nihil distinguitur in diuinis, quod dicitur essentialiter, ergo verbum non dicitur essentialiter.

¶ 3 Præ. Oportet illud quod in diuinis importat relationem personarum ad personam, dicitur personaliter, non essentialiter: sed verbum est huiusmodi, ergo &c. Ad hoc est etiam auctoritas Richardi de sancto Victore, qui ostendit in suo libro de Trinitate, solum filium dici verbum.

RESPONS. Dicendum, quod verbum secundum quod in diuinis metaphoricè dicitur, prout ipsa creatura dicitur verbum manifestans Deum, proculdubio ad totam pertinet Trinitatem: nunc autem quarimus de verbo secundum quod proprie dicitur in diuinis. Quæstio autem ista in superficie videtur esse planissima propter hoc, quia verbum originem quandam importat secundum quam in diuinis personarum distinguuntur: sed interius considerata difficilius inuenitur, eo quod in diuinis inuenimus quædam, quæ originem importat non secundum rem, sed secundum rationem tantum, sicut hoc nomen operatio, quæ proculdubio importat aliquid procedens ab operante, tamen iste processus non est nisi secundum rationem tantum: unde operatio in diuinis non personaliter, sed essentialiter dicitur: quia in Deo non differt essentia, virtus & operatio: unde non statim fit euidenter, utrum hoc nomen verbum, processum reale importet, sicut hoc nomen filius, vel rationis tantum, sicut hoc nomen operatio: & ita difficile est videre verum essentialiter vel personaliter dicitur. Unde ad huiusmodi notitia sciendum est, quod verbum intellectus nostri, secundum cuius similitudinem loqui possumus de verbo in diuinis, est id, ad quod operatio intellectus nostri terminatur quod est ipsum intellectum, quod dicitur conceptio intellectus, siue sit conceptio significabilis per vocem in complexam, ut accidit quando intellectus format quidditates rerum, siue per uocem complexam, quod accidit quando intellectus componit & diuidit: omne autem intellectum in nobis, est aliquid realiter progrediens ab altero, uel sicut progrediuntur a principijs conceptiones conclusionum, uel sicut conceptiones quidditatum rerum posteriorum, a quidditatibus priorum, uel saltim sicut conceptio actualis progreditur ab habituali cognitione, & hoc uniuersaliter uerum est de ois, quod a nobis intelligitur, siue per essentialiter intelligatur, siue per similitudinem: ipsa enim conceptio est effectus actus intelligendi: unde etiam quando mens intelligit seipsam, eius conceptio non est ipsa mens, sed aliquid expressum a notitia mentis. Ita ergo uerbum intellectus in nobis duo habet de sua ratione, scilicet quod est intellectum, & quod est ab alio expressum, si ergo secundum utriusque similitudinem uerbum dicitur in diuinis, tunc non solum importabitur per uerbum

A diuinum, processum rationis, sed etiam rei: si autem secundum similitudinem alterius tantum, scilicet quod est intellectum, sic hoc nomen uerbum in diuinis non importabit processum reale, sed rationis tantum, sicut & hoc nomen intellectum: sed hoc non erit secundum propriam uerbi acceptionem: quia si aliquid eorum, quæ sunt de ratione alicuius auferatur, iam non erit propria acceptio: unde si uerbum proprie accipiatur in diuinis, non dicitur, nisi personaliter: si autem accipiatur eorum, poterit etiam dici essentialiter. Sed tamen quia nominibus utendum est, ut plures utuntur, quia secundum Philosophum, usus maxime est emulandus in significationibus nominum: & quia omnes sancti eorum utuntur nomine uerbi, prout persona liter dicitur, ideo hoc magis dicendum est, quod scilicet personaliter dicitur.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod uerbum ratione sui non solum habet manifestationem, sed reale processum unius ab alio, & quia essentia non realiter progreditur a seipsa, quamuis manifestet seipsam, non potest essentia uerbum dici, nisi ratione identitatis essentiae ad personam, sicut etiam dicitur pater, vel filius.

AD SECUNDUM dicendum, quod notitia quæ ponitur in definitione uerbi, est intelligenda notitia expressa ab alio, quæ est in nobis notitia actualis, quamuis autem notitia, uel sapientia essentialiter dicatur in diuinis, tamen sapientia genita, non dicitur nisi personaliter. Similiter autem, quod Anselmus dicit, quod dicere est cogitando intueri, est intelligendum, si proprie dicere accipiatur de intuitu cogitationis, secundum quod per ipsum aliquid progreditur, scilicet cogitatum ipsum.

AD TERTIUM dicendum, quod conceptio intellectus est media inter intellectum, & rem intellectam, quia ea mediante operatio intellectus pertingit ad rem, & ideo conceptio intellectus non solum est id, quod intellectum est, sed etiam id quo res intelligitur, ut sic id, quod intelligitur possit dici, & res ipsa, & conceptio intellectus, & similiter id, quod dicitur, potest dici, & res quæ dicitur per uerbum, & uerbum ipsum, ut etiam in uerbo exteriori patet, quia & ipsum nomen dicitur, & res significata per nomen dicitur ipso nomine. Dico igitur, quod pater dicitur, non sicut uerbum, sed sicut res dicta per uerbum, & similiter Spiritus sanctus, quia filius manifestat totam Trinitatem, unde pater dicit uno uerbo suo omnes tres personas.

AD QUARTUM dicendum, quod in hoc uidetur contrariari Anselmus sibiipso, dicit enim, quod uerbum non dicitur, nisi personaliter, & conuenit soli filio: sed dicere conuenit tribus personis, dicere autem nihil est aliud quam ex se emitte re uerbum. Similiter autem ipsi Anselmus contrariatur Augustinus in 7. de Trinitate, ubi dicit, quod non singulus in Trinitate est dicens, sed pater uerbo suo, unde sicut uerbum proprie dictum, non dicitur, nisi personaliter in diuinis, & conuenit soli filio, ita & dicere etiam soli patri conuenit. Sed Anselmus accipit dicere communiter pro intelligere, & uerbum proprie, & potuisset facere e conuerso, si placuisset ei.

AD QUINTUM dicendum, quod in nobis, dicere, non solum significat intelligere, sed intelligere cum hoc, quod est ex se exprimere aliquam conceptionem, nec aliter possumus intelligere, nisi huiusmodi conceptionem exprimendo, & ideo omne intelligere in nobis proprie loquendo est dicere. Sed Deus potest intelligere sine hoc, quod aliquid ex ipso procedat secundum rem, quia in eo idem est intellectus, & intellectum, & intelligere, Quæst. dif. S. Tho. RR 4 quod

Anf. in me- nol. ca. 60. a med. illius.

Nō remote a princ. tomo 3.

L.R. de Tri- 6. 11. & 12.

Deo
ficat
turis
olita
& fa-
orum
liquid
el am-
s dicit
poli-
te non

ne
pare
is pro-
quod
met-
cus.
at ver-
dicitur
uio-
compe-
ueri
nie.

Cen-
ellia
ione
et se
co-

mido
g. 9
mim
ritu
quæ-
di-

icit
dicit
erion
iur.
quod
er. An-
& filius
& tamē
ens in
sanctus
d uer-
um: sed
uerbum

cere &
milium
o nihil
o nec-
intelle-
uerbū.
poten-
intal-
dicit

quod in nobis non accidit, & ideo nō omne intelli gere in Deo proprie loquendo dicitur dicere.

AD SEXTVM dicēdū, q̄ sicut verbum nō dīr noti tia p̄ris, nisi notitia genita ex patre, ita dīr etiam vir tus operatiua patris: quia est virtus procedens a pa tre, virtus autem procedens personaliter dicitur, & similiter potentia operatiua procedens a patre.

AD SEPTIMVM dicēdū, q̄ dupliciter pōt aliqd. p̄ cedere ab altero, vno mō sicut actio ab agente, vel operatio ab operante. Processus ergo operationis ab ope rante, non distinguit rem per se existentē ab alia re per se existente: sed distinguit perfectionem a per fectio, quia operatio est perfectio operantis, sed p̄ cessus operati distinguit vnā rem ab alia. in diu nis autem non potest esse fm rem distinctio perfe ctionis a perfectibili: inueniuntur tñ in Deo res ab iniuicem distinctæ, scilicet tres persona, & ideo pro cessus q̄ significat in diuinis, vt operationis ab ope rante non est, nisi rōnis tm, sed processus qui signi ficatur, vt rei a principio pōt in Deo realiter inueni ri. Hæc autem est dīfferētia inter intellectum, & vo luntatem, q̄ operatio voluntatis terminatur ad res, in quibus est bonum, & malum: sed operatio intel lectus terminatur in mente, in qua est verum, & fal sum, vt dīr in 6. Metaphysico, & ideo voluntas non habet aliquid progrediens a seipsa, qd̄ in ea sit per modum operationis: sed intellectus habet in seip so aliquid progrediens ab eo, nō solum per modū operationis, sed etiam per modum rei operatę. & iō verbum significatur, vt res procedens, sed amor vt operatio procedens: vnde amor non ita se habet ad hoc, vt dicatur personaliter, sicut verbum.

AD OCTAVVM dicendum, q̄ nō intellecta distin ctione personarum, non proprie Deus dicit seipsū, nec proprie hoc a quibusdā intelligitur, qui distin ctionem personarum in Deo non ponunt. Ad ea vero, quæ in contrarium obijciuntur, posset de faci li responderi, si quis vellet contrarium sustinere.

AD HOC VERO, quod obijciuntur de verbis Augusti ni posset dici, q̄ Augustinus accipit verbum secū dum, q̄ importat realem originem.

AD SECUNDVM posset dici, hæc tamen distin ctio, nō importatur in nomine verbi. vnde ex hoc q̄ verbum dīr esse apud patrem, non pōt concludi, q̄ verbum personaliter dicatur: quia etiam dicitur Deus de Deo, & Deus apud Deum.

AD TERTIVM posset dici, q̄ relatio illa est ratio nis tantum.

AD QVARTVM dicendum, sicut ad primum, ARTICVLVS IIII.

Vtrum verbum spiritus sancto conueniat.

TERTIO quærit, vtrum verbum spiritus sancto conueniat. Et videt, q̄ sic, sicut enim dicit Basilius in 3. sermone de Spiritu sancto: sicut filius se ha bet ad patrem, eodē modo Spiritus sanctus se ha bet ad filium, & propter hoc dicitur quidem verbum patris filius, verbum autem filij Sanctus spiri tus. ergo Spiritus sanctus dicitur verbum.

¶ 2 Præter. Heb. dicitur de filio, eum sit splendor glo ria, & figura subtilitatis eius, portansque omnia ver bo virtutis. ergo filius habet verbum a se proce dens, quo omnia portantur: sed in diuinis nō pro cedit a filio, nisi Spiritus sanctus. ergo Spiritus san ctus dicitur verbum.

¶ 3 Præter. Verbum, ut dicit Aug. 9. de Trin. est notitia

F cum amore: sed sicut notitia appropriatur filio, ita amor Spiritus sancto, ergo sicut verbum conuenit filio, ita & Spiritus sancto.

¶ 4 Præter. Hebr. i. super illum, portans omnia verbo virtutis suæ, dicit gl. q̄ verbum accipitur ibi pro im perio, sed imperium accipitur inter signa voluntatis: cum ergo Spiritus sanctus per modum voluntatis procedat, videtur quod verbum posset dici.

¶ 5 Præter. Verbum in sui ratione manifestationem importat: sed sicut filius manifestat patrem, ita Spi ritus sanctus filium, vt dicitur Ioan. 16. quod spiritus sanctus docet omnem veritatem, ergo spiritus san ctus debet dici verbum.

SED CONTRA est, q̄ Aug. dicit in 16. de Trinitate, q̄ filius eo dicitur verbum, quo filius: sed filius dicitur filius, eo quod genitus: sed spiritus sanctus non est genitus, ergo non est verbum.

RESPON. Dicendum, quod vsus horum nominū scilicet verbum & imago aliter est apud nos & san ctos nostros, & aliter apud antiquos doctores Gre corum: illi enim vsi sunt nomine verbi & imaginis pro omni eo, quod in diuinis procedit. vnde indif ferenter spiritum sanctum & filium, verbum & ima ginem appellant: sed nos & sancti nostri in vsu no minum horum a mulamur consuetudinem cano nica scripturæ, quæ aut vix, aut nunquam verbum vel imaginem ponit, nisi pro filio. Et de imagine quidem ad præsentem questionem non peruenit: sed de verbo factis rationabilis noster vsus apparet.

verbum eo in manifestationem quandam impo tat: manifestatio autem per se non inuenitur, nisi in intellectu: si enim aliquid, quod est extra intellectū, manifestare dicatur, hoc non est nisi secundum q̄ ex ipso aliquid in intellectu relinquatur, quod pos tea est principium manifestationum in eo. propterea ergo manifestans est in intellectu, sed remou tum potest etiam esse extra eum. & ideo nomen verbi proprie dicitur de eo, quod procedit ab intel lectu: quod vero ab intellectu non procedit, non potest verbum dici, nisi metaphorice, in quantum scilicet est aliquo modo manifestans. Dico ergo quod in diuinis solus filius procedit per viam intel lectus, quia procedit ab vno. Spiritus enim sanctus, qui procedit a duobus procedit per viam voluntatis: & ideo Spiritus sanctus non potest dici verbum, nisi metaphorice secundum quod omne manife stans dicitur verbum: & hoc modo exponenda est auctoritas Basilij. Et sic patet responsio ad primum.

AD SECUNDVM dicendum, q̄ verbum secundum Basilium accipitur ibi pro spiritu sancto, & sic dicitur sicut ad primum: vel potest dici secundum q̄ quod accipit pro imperio filij, quod metaphorice dicitur verbum, quia uerbo, consueuimus imperare.

AD TERTIVM dicendum, quod notitia est de ratione uerbi quasi importans essentiam uerbi, sed amor est de ratione uerbi non quasi pertinens ad essentiam eius, sed quasi concomitans ipsam, ut quæ auctoritas inducta ostendit: & ideo non potest concludi quod spiritus sanctus sit uerbum, sed quod procedit ex uerbo.

AD QVARTVM dicendum, quod uerbum mani festat non solum quod est in intellectu, sed etiam quod est in uoluntate, quia ipsa uoluntas est etiam intellecta: & ideo potest dici uerbum secundum quod ad intellectum pertinet.

AD QVINTVM patet solutio ex dictis.

Ca. 8. to. 3.

D. 1201.

D. 1161.

1. p. 9. 14. ar. 2. In lib. 5. con tra Eunom. e. quod in dicitur proposit. 162.

Ca. 10. circa med. 10. 3.

1. p. 9. 14. ar. 2.

6. de Tri. e. 3. ar. 10.

In mon. 3.

Lib. 5. ar. 1. e. 3. ar. 10. 3.

Art.

ARTICVLVS IIII.

Primum pater dicat omnem creaturam.

Q VARTO queritur, vtrum pater dicat creaturam. Et videtur quod non, quia cum dicimus pater dicit se, nō significatur ibi nisi dicens & dictum, & ex vtraque parte significatur pater tantum. cum ergo pater nō producat se verbum, nisi secundum qd dicit se, videtur quod verbo, quod ex patre procedit, non dicatur creatura.

¶ 2 Præ. Verbum quo vnumquodque dicitur, est similitudo illius: sed verbum non potest dici similitudo creaturæ, vt Ansel. probat in Monol. quia vel verbum perfecte conueniret cum creaturis, & sic esset mutabile sicut & creaturæ, & periret in eo summa immutabilitas, vel non summe conueniret, & sic non esset in eo summa veritas, quia similitudo rāto verior est, quanto magis conuenit cum eo cuius est similitudo. ergo filius non est verbum, quo creatura dicitur.

¶ 3 Præ. Verbum creaturarū in Deo dicitur hoc modo, sicut verbum artificiarum in artifice: sed verbum artificiarum in artifice, non est nisi dispositio de artificiatis. ergo & verbum creaturarum in Deo, non est nisi dispositio de creaturis: sed dispositio de creaturis in Deo, essentialiter dicitur & nō personaliter. ergo verbum quo creaturæ dicuntur, non est verbum, quod personaliter dicitur.

¶ 4 Præ. Verbum omne ad id quod per verbum dicitur, habet habitudinem, vel exemplaris, vel imaginis. Exemplaris quidem, quando verbum est causa rei, sicut accidit in intellectu pratico. Imaginis autem quando causatur a re, sicut accidit in nostro intellectu speculativo: sed in Deo non potest esse verbum quod sit creaturæ imago. ergo oportet qd verbi creaturæ in Deo sit creaturæ exemplar: sed exemplar creaturæ in Deo est idea. ergo verbi creaturæ in Deo nihil est aliud q̄ idea. idea autem non dī in diuinis personaliter: sed essentialiter. ergo verbum personaliter dictum in diuinis, quo pater dicit seipsum, non est verbum quo dicantur creaturæ.

¶ 5 Præ. Magis distat creaturæ a Deo, quā ab aliqua creatura: sed diuersarum creaturarum sunt plures idee in Deo. ergo non est idem verbum, quo pater se & creaturam dicit.

¶ 6 Præ. Secundum Aug. eo dicitur verbum, quo imago: sed filius non est imago creaturæ. ergo filius non est verbum creaturæ.

¶ 7 Præ. Omne verbum procedit ab eo cuius est verbum: sed filius non procedit a creatura. ergo nō est verbum, quo creatura dicitur.

SED CONTRA, Ansel. dicit quod pater dicendo se dicit omnem creaturam: sed verbum quo se dicit, est filius. ergo verbo, quod est filius, dicit omnem creaturam.

¶ 2 Præ. Aug. sic exponit dictum, dixit & factū est, id est verbum genuit in quo erat, vt fieret. ergo verbo quod est filius, dicit omnem creaturam.

¶ 3 Præ. Eadē est cōuersio artificis ad artē, & ad artificiatum: sed ipse Deus est ars æterna. a qua creaturæ producuntur sicut artificiatæ quædā. ergo pater eadem conuersione conuertitur ad se, & ad omnes creaturas, & ita dicendo se, dicit omnes creaturas.

¶ 4 Præ. Omne posterius reducit ad id, quod est primū in aliquo genere, sicut ad causam: sed creaturæ dicuntur a Deo. ergo reducuntur ad primum, quod a Deo dicitur: sed ipse primo seipsum dicit. ergo per hoc quod dicit se, dicit omnes creaturas.

A RESPON. Dicendum, qd filius procedit a patre, & per modum naturæ, in quantum procedit vt filius, & per modum intellectus, in quantum procedit vt verbum: vterq; autē processionis modus, apud nos inuenitur, quāuis non quantū ad idem. Nihil enim est apud nos, quod per modū intellectus & naturæ procedat ex aliquo, quia intelligere & esse nō sunt idem apud nos sicut apud Deum. vterque autē modus processionis habet similem differentiam, secundum qd in nobis, & in Deo inuenitur. Filius n. hominis, qui a patre homine per viam naturæ procedit, non habet in se rotam substantiam patris: sed partē substantiæ eius recipit, filius autem Dei, in quantum per viam naturæ procedit a patre, totū in se patris naturam recipit, vt sint naturæ vnus omnino pater & filius. & similis differentia inuenitur in processu, qui est per viam intellectus: verbum enim, quod in nobis exprimitur per actualem considerationem quasi exortum ex aliqua principiorum consideratione, vel salte cognitione habituali, non totū in se recipit, quod est in eo a quo oritur. non enim quicquid habituali tenemus cognitione, hoc exprimit intellectus in vnus verbi conceptione: sed aliquid eius. similiter in consideratione vnus conclusionis non exprimit totum id, quod erat in virtute principij: sed in Deo ad hoc qd verbi eius perfectum sit, oportet qd verbum eius exprimat quicquid cōtinetur in eo ex quo orit, & præcipue cū Deus omnia vno intuitu videat nō diuisim. Sic igitur oportet qd quicquid in scientia patris continetur, totum hoc per vnus ipsius verbi exprimat, & hoc modo, quo in scientia continetur, vt sit verum uerbi suo principio correspondens per scientiam, & uerbum ipsius exprimat ipsū patre principaliter, & consequenter omnia alia, quæ cognoscat pater cognoscendo seipsum. & sic filius ex hoc ipso qd est uerbum perfecte exprimens patrem, exprimit omniem creaturā. & hic ordo ostēditur in verbis Anselmi, qui dicit, quod dicendo se, dicit omnē creaturam.

B AD PRIMUM ergo dicendum, qd cum dicitur pater dicit se, in hac dictione includitur etiam omnis creatura, in quantum, scilicet pater scientia sua cōtinet omnē creaturā uelut exemplar creaturæ totius.

AD SECUNDUM dicendum, qd Ansel. accipit stricte nomen similitudinis, sicut & Dionys. 9. cap. de diuinis nominibus dicit, quod in æque ordinatis adinuicem, recipimus similitudinis reciprocaionem, ut. si vnū dicatur alteri simile, & e conuerso: sed in his quæ se habent per modum causæ & causati, nō inuenitur proprie loquendo reciprocaio similitudinis. dicimus enim qd imago Herculis similatur Herculi: sed non e conuerso. unde quia uerbum diuinum nō est factum ad imitationē creaturæ, vt uerbum nostrū: sed potius e conuerso: ideo Ansel. vult qd uerbum non sit similitudo creaturæ: sed e conuerso: si autē largo modo similitudinē accipiamus, sic possumus dicere, quod uerbum est similitudo creaturæ, non quasi imago eius: sed quasi exemplar: sicut et Aug. dicit ideas esse rerum similitudines. Nec tamen sequitur quod in uerbo non sit summa ueritas, quia est immutabile creaturis existentibus mutabilibus, quia nō exigitur ad ueritatem uerbi, similitudo ad rem quæ per uerbum dicitur, secundum conformitatem naturæ, sed secundum representationem, ut in quaestione de scientia Dei dictum est.

AD TERTIUM dicendum, qd dispositio creaturarū nō dicitur uerbum proprie loquendo, nisi fm quod est ab

In mon. 21.

A medio illius.

Loco citato in arg. in mo. no. c. 32.

Aug. lib. 82. quest. 1. q. 4. tom. 4.

Q. præced. ar. 12.

lio, ita uenit
verbo
pro
dum
volu
dici
ionem
ita
pirat
tuas
Trinit
d filii
stant
omni
& fan
res Gr
magis
e indit
& ima
vlu no
cano
ebum
magis
erunt
pater
nō
lctū
um q
dpo
con
emo
com
mil
non
nam
ergo
in
and
olunt
erbum
nanti
nda
vno
andam
e dico
lum q
horat
perat
a est
rbi
ens d
y, ut
post
al quod
manti
etiam
um
quod

de Trinit.
e. a. ante
dum no. 1.

In mono. ca.
32.

In lib. 82.
Gen. ad il.
erum. ca. 7.
tom. 1.

est ab altero procedens, q̄ est dispositio genita, & dicit personaliter, sicut & sapientia genita, quàmuis dispositio simpliciter sumpta essentialiter dicatur.

AD QVARTVM dicendum, quòd verbum differt ab idea: idea enim nominat formam exemplarem absolute, sed verbū creaturæ in Deo nominat formam exemplarem ab alio deductā. & ideo idea in Deo ad essentiā pertinet: sed verbū, ad personam.

AD QVINTVM dicendū, quòd quàmuis Deus maxime dicitur a creatura, cōsiderata proprietate naturæ: tamen Deus est creaturæ exemplar, non autem vna creatura est exemplar alterius. & ideo verbo quo exprimitur Deus, exprimitur omnis creatura, non autem idea qua exprimitur creatura vna, exprimitur alia. Ex quo apparet alia differentia inter ideam & verbum, quia idea directe respicit creaturam. & ideo plurimum creaturarum sunt plures ideæ: sed verbum respicit directe Deum, qui primo per verbum exprimitur, & ex consequenti creaturam, & quia creaturæ secundum quòd in Deo sunt, vnum sunt, creaturarum omnium est vnum verbum.

AD SEXTVM dicendū, q̄ cum dicit Aug. q̄ filius eo dicitur verbum quo imago, intelligit quantū ad proprietatem personalem filij, quæ est eadem secundum rem, siue secundum eam dicitur filius, siue verbum, siue imago: sed quantum ad modum significandi, non est eadem ratio nominum trium prædictorum: verbum enim non solum importat rationem originis & imitationis: sed etiā manifestationis, & hoc modo est aliquo modo creaturæ, in quantum scilicet per verbum creatura manifestatur.

AD SEPTIMVM dicendum, quòd verbum est aliquid multipliciter, uno modo vt dicentis, & sic procedit ab eo cuius est verbum: alio modo, vt manifestati per verbum, & sic non oportet, quòd procedat ab eo cuius est, nisi quando scientia ex qua procedit, est causata a rebus, quod in Deo non accidit, & ideo ratio non sequitur.

ARTICVLVS V.

Verbum verbum relationem ad creaturam importat.

QVINTO queritur, vtrum hoc nomē, verbū, importet respectū ad creaturam. & v̄ q̄ non: omne enim nomen, quod importat relationem ad creaturam, dicitur de Deo ex tēpore, vt creator & dominus: sed verbū de Deo ab æterno dicitur. ergo nō importat relationem ad creaturam.

¶ 2 Præt. Omne relatiuū, vel est relatiuum s̄m esse, vel s̄m dici: sed verbum non refertur ad creaturam s̄m esse, quia sic dependeret a creatura: nec iterum s̄m dici, quia oportet q̄ in aliquo casu ad creaturam referatur, quod non inuenitur. maxime enim inueniretur referri per genitiuū casum, vt diceretur verbum est creaturæ, quod Ansel. in Monolo. negat. ergo verbū non importat relationē ad creaturam.

¶ 3 Præt. Omne nomen importans respectum ad creaturam non potest intelligi nō intellecto quod creatura sit actu vel potentia, quia qui intelligit unū relatiuorum, oportet quod intelligat reliquum: sed non intellecto aliquam creaturam esse vel futurā, adhuc verbum intelligitur in Deo, secundum quod pater dicit seipsum. ergo verbum non importat aliquem respectum ad creaturam.

¶ 4 Præt. Respectus Dei ad creaturam, non potest esse, nisi sicut causæ ad effectū: sed sicut habetur ex dictis Diony. c. 2. de diu. nomi. omne nomē connotans effectum in creatura, commune est toti Trinitati, verbum autem non est huiusmodi. ergo non

importat respectum aliquem ad creaturam.

¶ 5 Præt. Deus nō intelligit referri ad creaturam, nisi p̄ sapientiā, bonitatē, & potentia: sed omnia illa nō dicuntur de verbo, nisi per appropriationē. cū ergo verbum non sit appropriatum, sed proprium, v̄ q̄ verbum non importet respectum ad creaturam.

¶ 6 Præt. Homo quàmuis sit dispositor rerum, non tamē in hominis nomine importat respectus ad res dispositas. ergo quàmuis per verbum omnia disponantur, non tamen nomen verbi respectum ad creaturas dispositas importabit.

¶ 7 Præt. Verbum relative dicitur, sicut & filius: sed ratio relatio filij terminatur ad patrem, non est. n. filius nisi patris. ergo similiter tota relatio verbi, ergo verbum non importat relationem ad creaturam.

¶ 8 Præt. Secundū Philo. 5. Meta. Omne relatiuū dicitur ad vnum tantū, alias relatiuum haberet duo esse, cū esse relatiui sit ad aliud se habere: sed verbum relative dicitur ad patrem. non ergo ad creaturam.

¶ 9 Præt. Si vnum nomen imponatur diuersis secundū speciē, æquiuoce eis conueniet, sicut canis latrabilis & marino: sed superpositio, & suppositio, sunt diuersæ species relationis. si ergo vñ nomē importat vtrāq̄ relationē, oportebit nomē illud esse quod vnum: sed relatio verbi ad creaturam, non est nisi superpositionis, relatio autē verbi ad patrem est quasi suppositionis, non propter inæqualitatē dignitatis, sed propter principij auctoritatem. ergo verbum importat relationem ad patrem, non importat relationem ad creaturam nisi æquiuoce sumatur.

H SED CONTRA est, quod Aug. dicit in lib. 87. Questio. sic dicens, In principio erat verbum, quod Græce logos dicitur, latine rationem & verbum significat: sed hoc loco melius verbum interpretatur, vt significetur non solum ad patrem respectus, sed ad illa etiam, quæ per verbum facta sunt operatio potentia, ex quo patet propositum.

¶ 2 Præt. Super illud Psalmistæ, Semel locutus est Deus, dicit glo. semel. i. verbū æternaliter genitū, ex quo oia disposita: sed dispositio dicit respectu ad creaturam, ergo verbum relative dicitur ad creaturam.

¶ 3 Præt. Omne verbū importat respectū ad id, q̄ per verbum dicitur: sed sicut dicit Ansel. Deus dicitur dicitur dicitur omne creaturam. ergo verbum importat respectum ad creaturam.

¶ 3 Præt. Filius ex hoc qd̄ est filius, p̄fecte repræsentat patrem, secundum illud quod est ei intrinsecū dicitur ex suo nomine addit manifestationē, nō p̄fecte autem esse alia manifestatio, nisi sicut manifestatio p̄ creaturas, quæ est quasi manifestatio ad creaturam. ergo verbum importat respectum ad creaturam.

¶ 5 Præt. Sicut dicit Diony. 7. c. de diu. nomi. Deus laudat ut ratio, vel verbū, quia est sapientiæ & rationis largitor. & sic patet quod verbum de Deo dicitur importat rationē causæ: sed causā dicitur ad effectum.

ergo verbum importat respectum ad creaturam.

K ¶ 6 Præt. Intellectus practicus refertur ad ea, q̄ operantur per ipsum: sed verbi diuinum, est verbi intellectus practicus, quia est operatiuū verbum, ut Damasc. dicit. ergo verbum dicit respectum ad creaturam. RESPON. Dicendum, quod quicumq̄; aliqua dicitur sic se habent ad inuicem, quod unū dependet ad alterū, sed nō e cōuerso, in eo qd̄ dependet ab altero est realis relatio, sed in eo a quo dependet, nō est relatio nisi rationis tantū, prout. nō potest intelligi aliquid referri ad alterum, quin intelligatur etiā respectus opposit⁹ ex parte alterius, ut patet in scientia.

3. p. q. 34. artic. 3.

Ca. 3. 23.

Cap. 7. de diu. nomi. 2. med. illius.

ria, quæ dependet a scibili, & non e converso: unde cū creaturæ omnes a Deo dependeant, sed nō e converso, in creaturis sunt relationes reales, quibus referuntur ad Deū: sed in Deo sunt relationes oppositæ, secundum rōnem tantum. & quia nomina sunt signa intellectuum, inde est, qđ aliqua nomina de Deo dicuntur, quæ importāt respectum ad creaturam, cum tñ ille respectus sit rōnis tantū, vt dictum est. relationes nō reales in Deo sunt illæ tantūmodo quibus personæ adinuicem distinguuntur. In relationis autem nominibus inuenimus, quod quædā nomina imponuntur ad significandum respectus ipsos, sicut hoc nomen similitudo: quædā vero ad significandum aliquid, ad quod sequitur respectus, sicut hoc nomen scientia imponitur ad significandum qualitatem quandā, quam sequitur quidā respectus. & hanc diuersitatem inuenimus in nominibus relatiuis de Deo dictis, & quæ ab æterno, & quæ ex tpe de Deo dicuntur. hoc n. nomen pater, quod ab æterno de Deo dicitur, & similiter hoc nomen Dñs, quod dicitur de Deo ex tempore, imponuntur ad significandum ipsos respectus: sed hoc nomen creator, quod de Deo dicitur ex tempore, imponitur ad significandum actionem diuinam, quam cōsequitur respectus quidam: similiter etiam hoc nomen verbum imponitur ad significandum aliquid absolutum, cum aliquo respectu adiuncto: est. n. idem verbum, quod sapiētia genita, vt dicit Aug. nec ob hoc impeditur, quin verbum personaliter dicatur: quia sicut pater psonaliter dicitur, ita & Deus generans, vel Deus genitus. Cōtingit autem, qđ aliqua res absoluta ad plura possit habere respectum, & inde est, qđ nomen illud, quod imponitur ad significandum aliquid absolutum, ad qđ sequitur aliquis respectus, potest ad plura relatiue dici, secundum qđ scientia dicitur in quantum est scientia relatiue ad scibile: sed in quantum est accidens quoddam, vel forma refertur ad scientem, ita etiam hoc nomen verbum, habet respectum, & ad dicentem, & ad id quod per verbum dicitur. Ad quod potest dici dupliciter. Vno modo, secundum conuertentiam nominis, & sic verbum dicitur ad dictum. Alio modo ad rem, cui conuenit ratio dicti, & quia pater principaliter dicit se, generando verbum suum, & ex consequenti dicit creaturas, ideo principaliter, & quasi per se, verbum refertur ad patrem: sed ex cōsequenti, & quasi per accidens, refertur ad creaturam: accidit enim verbo, vt per ipsum creatura dicatur.

AD PRIMUM ergo dicendum, qđ rō illa tenet in illis, quæ important actualem respectum ad creaturam, nō autem in illis quæ important respectum habitualem, & dicitur respectus habitualis, qui non requirit creaturam simul esse in actu, & tales sunt omnes respectus qui consequuntur actus animæ, quia voluntas & intellectus, potest esse etiam de eo quod non est in actu existens: verbum autē importat processionem intellectus. & ideo ratio non sequitur.

AD SECUNDUM dicendum, quod verbum nō dicitur relatiue ad creaturam secundum rem, quasi relatio ad creaturam sit in Deo realiter: sed secundum dici dicitur: nec remouetur quin dicatur in aliquo casu, possum enim dicere, qđ est verbum creaturæ: id est creatura, non a creatura, in quo sensu Anselmus negat. & praterea si non refertur sicut aliquem casum, sufficit quocumq; modo refertur vtputa, si refertur per propositionē adiunctam casuali, vt dicatur qđ verbum est ad creaturam, sicut constitutum.

AD TERTIUM dicendum, qđ ratio illa procedit de illis nominibus, quæ per se importāt respectum ad creaturam: hoc autem nomen non est huiusmodi, vt ex dictis patet. & ideo ratio illa non sequitur.

AD QUARTUM dicendum, qđ ex illa parte, qua hoc nomen verbum dicit aliquid absolutum, habet habitudinem causalitatis ad creaturam: sed ex respectu realis originis quem importat efficitur personale, ex quo ad creaturam habitudinem non habet. & per hoc patet responsio ad quintum.

AD SEPTIMUM dicendum, quod verbum non solum est id per quod fit dispositio: sed est ipsa patris dispositio de rebus creandis, & ideo aliquo modo ad creaturam refertur.

AD OCTAVUM dicendum, qđ ratio illa procedit de illis nominibus, quæ imponuntur ad significandum ipsos respectus. Nō enim potest esse quod vnus respectus terminetur ad multa, nisi secundum quod illa multa aliquo modo vniuntur, & similiter est dicendum ad nonum. Rationes autem quæ sunt ad oppositum, concludunt quod aliquo modo ad creaturam refertur verbum, non autem quod hanc relationem per se importet, & quasi principaliter, & in hoc sensu concedendæ sunt.

A illis nominibus, quæ per se importāt respectum ad creaturam: hoc autem nomen non est huiusmodi, vt ex dictis patet. & ideo ratio illa non sequitur.

B AD SEPTIMUM dicendum, quod verbum non solum est id per quod fit dispositio: sed est ipsa patris dispositio de rebus creandis, & ideo aliquo modo ad creaturam refertur.

C AD OCTAVUM dicendum, qđ ratio illa procedit de illis nominibus, quæ imponuntur ad significandum ipsos respectus. Nō enim potest esse quod vnus respectus terminetur ad multa, nisi secundum quod illa multa aliquo modo vniuntur, & similiter est dicendum ad nonum. Rationes autem quæ sunt ad oppositum, concludunt quod aliquo modo ad creaturam refertur verbum, non autem quod hanc relationem per se importet, & quasi principaliter, & in hoc sensu concedendæ sunt.

ARTICVLVS VI.
Vtrum res verius in uerbo quam in seipsis sint.
SEXTO quaeritur, vtrū res verius sint in verbo, quam in seipsis. Et videtur qđ non sint verius in verbo: verius enim est aliquid vbi est per essentiam suam, quam vbi est per suam similitudinem: in se autem res sunt per suam essentiam. ergo verius sunt in seipsis quā in verbo. sed diceretur pro tanto sunt verius in verbo, quia ibi habent nobilius esse.

¶ 2 Cōtra, res materialis nobilius habet esse in aīa nostra quā in seipsa, vt dicit Aug. in lib. de Trin. & ramen uerius est in seipsa quam in anima nostra. ergo eadē ratione uerius est in se quam sit in uerbo.

¶ 3 Præter. Verius est id, quod est in actu, quam id, quod est in potentia: sed res in seipsa est in actu, in verbo autem tantum in potentia, sicut artificiatum in arte fice. ergo uerius est res in se, quam in verbo.

¶ 4 Præter. Vltima rei perfectio est sua operatio: sed res in seipsis existentes habent proprias operationes quas non habent vt sunt in verbo. ergo uerius sunt in seipsis quam in verbo.

¶ 5 Præter. Illa sunt solum comparabilia qđ sunt vnus rōnis: sed esse rei in seipsa, non est vnus rōnis cū esse quod habet in verbo. ergo ad minus non potest dici, quod uerius sit in uerbo, quam in seipsa.

SED CONTRA, Creatura in creatore est creatrix essentia, ut Ansel. dicit: sed esse increatū est uerius quam creatum, ergo res uerius habet esse in verbo quam in seipsa.

¶ 2 Præter. Sicut posuit Plato ideas rerū esse extra mentem diuinā, ita nos in mente diuina ponimus eas: sed sicut Plato, uerius erat homo separatus homo, quam homo materialis, unde hominem separatū per se hominē nominabat, ergo & sicut positionem fidei uerius sunt res in uerbo, quam sint in seipsis.

¶ 3 Præter.

In corp. art.

2. p. q. 18. art. 4.

Li. 6. de Trin. c. 8. co. 3.

Ansel. in me. solo. c. 35.

In dialogo. 10. de reprob. bl. in li. 21.

¶ 3 Præ. Illud quod est verissimum in vnoquoq; genere, est mēsurā totius generis: sed similitudines rerū in verbo existētes sunt mēsurā veritatis in rebus omnibus, quia sēcū hoc res aliqua dicitur vera, secū dum q̄ imitatur exemplar suum quod est in verbo: ergo res verius sunt in verbo quā in seipsis.

p. t. declinā do ad finem illius.

RESPON. Dicendum, quōd sicut dicit Dionys. 2. cap. de diui. nomi. causata deficiunt ab imitatione suarum causarum, quæ eis supercollocantur, & pp̄ istam distantiam causæ a causato aliquid vere p̄dicatur de causato quod non prædicatur de causa, sicut patet q̄ delectationes nō dicuntur delectari, quāuis sint nobis causæ delectandi, quod quidem non contingit, nisi quia modus causarum est sublimior quā ea quæ de effectibus prædicantur, & hoc inuenimus in omnibus causis a quibus agentibus, sicut Sol nō p̄t dici calidus, quāuis ab eo alia calidant, q̄ est pp̄ ipsius solis eminentiam ad ea quæ calida dicuntur. Cū ergo queritur utrum res verius sint in seipsis, quā in verbo, distinguendum est, quia ly verius, p̄t designare vel veritatem rei, vel veritatem p̄dicationis: si designet veritatem rei, sic proculdubio maior est veritas rerum in verbo, quā in seipsis. Si autem designetur veritas p̄dicationis, sic est e conuerso: verius n. prædicatur homo de re prout est in propria natura, quā de ea secundum quod est in verbo: nec hoc est propter defectum verbi: sed propter supereminentiam ipsius, ut dictum est.

In corp. art.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod si intelligatur de veritate p̄dicationis, simpliciter verum est, q̄ verius est aliquid ubi est per essentiā, quā ubi est per similitudinem: sed si intelligatur de veritate rei, tūc verius est ubi est per similitudinem quæ est causa rei, minus autem vere, ubi est per similitudinem causatam a re.

AD SECUNDUM dicendum, quōd similitudo rei quæ est in anima nostra, non est causa rei, sicut similitudo rerum in verbo, & ideo non est simile.

AD TERTIUM dicendum, q̄ potentia actiua perfectior est quā actus qui est eius effectus, & hoc modo creaturæ dicuntur esse in potentia in verbo.

AD QUARTUM dicendum, quod quāuis creaturæ in verbo non habeant proprias operationes, habent tamen operationes nobiliores, inquantū sunt effectiue rerum & operationum ipsarum.

AD QUINTUM dicendum, quōd quāuis non sint unius rationis, esse creaturarum in verbo & in seipsis secundum uniuocationem, sunt tamen aliquo modo unius rationis scilicet secundum analogiam.

¶ Ad id uero quod primo in contrarium obijcitur, dicendum, quod ratio illa procedit de veritate rei, non autem p̄dicationis.

AD SECUNDUM dicendum, quōd Plato in hoc reprehenditur, quōd posuit formas naturales secundum propriam rationem, esse præter materiam, ac si materia accidentaliter se haberet ad species naturales: & secundum hoc species naturales, uere prædicari possent de his, quæ sunt sine materia: nos autem hoc non ponimus, & ideo non est simile.

AD TERTIUM dicendum, sicut ad primum.

ARTICVLVS VII.

Utrum eorum quæ non sunt, nec erunt, nec fuerunt uerbum sit.

2. 2. q. 34. ar. 3. ad 3.

SEPTIMO queritur, utrum uerbum sit eorū q̄ non sunt, nec erunt, nec fuerunt. Et vs̄ quod sic: uerbum enim importat aliquid progrediens ab intellectu sed intellectus diuinus est etiam de eis que nec

Erunt, nec erunt, nec fuerunt, ut in questione de Scientia Dei dictum est. ergo uerbum de his esse potest.

¶ 2 Præ. Secundum Aug. lib. 6. de Trinit. filius est, pater patris plena rationum uiuentium sed sicut dicit Aug. in lib. 83. Quæst. Ratio, etsi per illam nihil fiat, recte ratio dicitur. ergo uerbum est etiam eorum quæ nec erunt, nec facta sunt.

¶ 3 Præ. Verbum non esset perfectum, nisi coneretur in se omnia, quæ sunt in scientia dicentis: sed in scientia patris dicentis, sunt ea quæ nunquam erunt, nec facta sunt. ergo & ista eorum quæ nunquam erunt, nec facta sunt. ergo & ista eorum quæ nunquam erunt, nec facta sunt.

SED CONTRA, est qd̄ Ansel. dicit in Monol. c. 1. qd̄ nec est, nec erit, nec fuit, nullū uerū esse potest.

¶ 2 Præ. Hoc ad uirtutē dicitur peruenire, ut qd̄ dicitur fiat: sed Deus est potentissimus. ergo uerbum eius non est de aliquo, quod non aliquando fiat.

RESPON. Dicendum, quōd aliquid potest esse simpliciter in verbo. Vno modo, sicut id, quod uerū cognoscit, vel quod in verbo cognoscit uerbum, sicut de pater, & in verbo etiam cognoscit potest, sicut de pater. Alio modo dicitur esse aliquid in verbo, sicut id, quod per uerbum dicitur: omne autem, quod aliquo modo dicitur, ordinatur quodammodo ad executionem, quia uerbo intelligimus alios ad agendum, & ordinamus aliquos ad exequendum id, quod in mente cogitamus, unde etiam dicere Dei dispositio ipsius est: ut patet per glo. super illud Psal. 61. Semel locutus est Deus &c. Vñ sicut Deus nō disponit nisi q̄ sunt, uel erunt, uel fuerunt, ita nec dicit: unde uerū est hoc tantū, sicut ipsorum dictorum, scientia autem deas, & ideo, uel ratio, non important ordinem ad aliam quam executionem, & ideo non est simile dicitur de uerbo, & per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS VIII.

Utrum omne quod factum est, sit uita in uerbo.

OCCTAVO queritur, utrum omne, quod factum est, sit uita in uerbo. Et uidetur quod non, quia secundum hoc uerbum est causa rerum, quod res sunt in ipso. si ergo res in uerbo sunt uita, uerbum causet res per modum uitæ: sed ex hoc quod causet res per modum bonitatis, sequitur quod omnia sint bona. ergo ex hoc quod causet res per modum uitæ, sequitur quod omnia sint uita, quod falsum est. ergo & primum.

¶ 2 Præ. Res sunt in uerbo, sicut artificata a potestifici: sed artificata in artifice non sunt uita, non ipsius artificis uita sunt, qui uidebat etiam antequam artificata in ipso essent, neque artificatorum quæ uita carent. ergo nec creaturæ in uerbo sunt uita.

¶ 3 Præ. Essentia uitæ, magis appropriatur in creatura Spiritu sancto, quā uerbo. ut patet Ioan. Spiritus est qui uiuificat & in pluribus alijs locis uerbum non dicitur de Spiritu sancto, sed de filio tantum, ut ex dictis patet. ergo nec conuenienter dicitur, quod res in uerbo sunt uita.

¶ 4 Præ. Lux intellectualis est principium uitæ: sed res in uerbo non sunt lux. ergo uidetur, quod in eo non sunt uita.

SED CONTRA, est quod dicitur Ioan. 1. Quia factum est in ipso &c.

¶ 2 Præ. Secundum Philo. in 8. Phisic. motus est dicitur uita quædam omnibus natura existerentibus sed magis influit uerbum in creaturis, quā motus cœli in naturam. ergo res secundum quod sunt in uerbo, debent dici uita.

RESPON.

RESPON. Dicendum, quod res secundum quod sunt in verbo, considerari possunt dupliciter. Vno modo per comparationem ad verbum, alio modo per comparationem ad res in propria natura existentes, & utroque modo, similitudo creaturæ in verbo est vita. Illud enim proprie vivere dicimus, quod in seipso habet motus, vel operationes quasque: ex hoc enim sunt dicta primo aliqua vivere, quia vita sunt in seipsis habere aliquid ea mouens secundum quemcumque motum, & hinc processit nomen vitæ ad omnia, quæ in seipsis habet operationis propria principium, vnde & ex hoc quod aliqua intelligunt, vel sentiunt, vel volunt, vivere dicuntur, non solum ex hoc, quod secundum locum mouentur, vel secundum augmentum. Illud ergo esse, quod habet res prout est mouens seipsam ad operationem aliquam, dicitur proprie vita rei, quia vivere viuientis est esse, vt in 2. de anima dicitur: in nobis autem nulla operatio, ad quam nos mouemus, est esse nostrum: vnde intelligere nostrum non est vita nostra proprie loquendo, nisi secundum quod vivere accipitur pro opere, quod est signum vitæ, & similiter nec similitudo intellecta in nobis est vita nostra: sed intelligere verbi est suum esse, & similiter ipsius similitudo, unde similitudo creaturæ in verbo, est vita eius. Similiter etiam similitudo creaturæ, est quodammodo ipsa creatura, per modum illum, quo dicitur, quod anima est quodammodo omnia, unde ex hoc quod similitudo creaturæ in verbo est productiua & motiua creaturæ in propria natura existentis, quodammodo contingit, ut creatura seipsam moueat, & ad esse perducat in quantum, si producit in esse, & mouetur a sua similitudine in verbo existente, & ita similitudo creaturæ in verbo est quodammodo creatura uita.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod hoc, quod creatura in verbo existens dicitur uita, non pertinet ad rationem propriam creaturæ: sed ad modum quo est in verbo. unde cum non sit eodem modo in seipso, non sequitur quod in seipso uiuat, quamuis in verbo sit uita, sicut non est in seipso immaterialis, quamuis sit in verbo immaterialis: sed bonitas, entitas, & huiusmodi pertinent ad propriam rationem creaturæ: & ideo sicut secundum quod sunt in uerbo sunt bona, ita etiam secundum quod sunt in propria natura.

AD SECUNDUM dicendum, quod similitudines rerum in artifice non possunt proprie dici uita, quia non sunt ipsum artificis uiuentis, nec etiam ipsa eius operatio sicut in Deo accidit: & tamen August. dicit, quod anima in mente artificis uiuit, sed hoc est secundum quod in mente artificis habet esse intelligibile, quod ad genus vitæ pertinet.

AD TERTIUM dicendum, quod uita Spiritui sancto attribuitur secundum hoc, quod Deus dicitur uita rerum, prout ipse est in omnibus rebus mouens eas, ut sic quodammodo omnes res a principio intrinseco motæ uideantur: sed uita appropriatur uerbo secundum quod res sunt in Deo, ut ex dictis patet.

AD QUARTUM dicendum, quod similitudines rerum in uerbo sicut sunt rebus causa existendi, ita sunt rebus causa cognoscendi, in quantum scilicet imprimuntur intellectualibus mentibus, ut sic res cognoscere possint, & ideo sicut dicuntur uita prout sunt principia existendi, ita dicuntur lux prout sunt principia cognoscendi.

QVÆSTIO V.

De providentia.

In octo articulos diuisa.

- ¶ Primò queritur, ad quodnam attributorum diuina providentia reducat.
- ¶ Secundò, Vtrum mundus providentia regatur.
- ¶ Tertio, Vtrum diuina providentia ad corruptibilia se extendat.
- ¶ Quarto, Vtrum motus & actiones horum inferiorum diuinæ providentiæ subdantur.
- ¶ Quintò, Vtrum solus humani diuina providentia regatur.
- ¶ Sextò, Vtrum bruta animalia, & eorum actus diuinæ subdantur providentiæ.
- ¶ Septimò, Vtrum peccatores, Diuina providentia regantur.
- ¶ Octauò, Vtrum tota corporalis creatura gubernatur diuina providentia, media Angelica creatura.

ARTICVLVS PRIMVS.

Ad quodnam attributorum diuina providentia reducat.

QVÆSTIO est de prouidentia. Et primo queritur, ad quod attributorum prouidentia reducitur. Et videtur, quod tantum ad scientiam, quia sicut dicit Boet. in 4. de consol. illud certe manifestum est immobilem simplicemque formam gerendarum rerum esse prouidentiam: sed forma rerum agendarum in Deo est idea, quæ ad scientiam pertinet: ergo prouidentia ad cognitionem pertinet. sed diceretur, quod prouidentia ad uoluntatem pertinet in quantum est causa rerum.

¶ Sed contra, in nobis scientia practica est causa rerum scitarum: sed scientia practica in sola cognitione est: ergo & prouidentia.

¶ Præter. Boet. dicit in lib. prædicto, motus rerum gerendarum, cum in ipsa diuinæ intelligentiæ puritate conspicitur prouidentia nominatur: sed puritas intelligentiæ ad speculatiuam cognitionem pertinet: videtur, ergo prouidentia ad cognoscitiuam speculationem pertinet.

¶ Præter. Boet. dicit in 5. de Consol. quod prouidentia dicitur cognitio quod porto a rebus infimis constituta, quasi ab excelso rerum cacumine cuncta prospiciat: sed prospicere cognitionis est, & præcipue speculatiuæ: ergo prouidentia maxime uidetur ad cognitionem speculatiuam pertinere.

¶ Præter. Sicut dicit Boet. in 4. de Consol. ut est ad intellectum rōcinatio, ita est factum ad prouidentiam: sed tam intellectus, quæ rōcinatio ad cognitionem pertinet cōiter speculatiuam & practica. ergo & prouidentia.

¶ Præter. Aug. dicit in lib. 83. Quest. quod lex incommutabilis omnia mutabilia pulcherrima moderatur gubernatione: sed gubernare, & moderari ad prouidentiam pertinet. ergo lex incommutabilis est ipsa prouidentia: sed lex ad cognitionem pertinet. ergo & ipsa prouidentia.

¶ Præter. Lex naturalis in nobis ex diuina prouidentia causatur: sed causa agit ad effectum producendum per uiam similitudinis, vnde dicimus, quod bonitas Dei est causa bonitatis in rebus, & essentia essendi, & uita uiuendi. ergo diuina prouidentia est lex, & sic idem quod prius.

¶ Præter. Boet. dicit in 4. de Conso. quod prouidentia ipsa est illa diuina ratio, in summo omnium principe constituta.

1. p. q. 22. artic. 1.

Lib. 9. de C6 so. Profa. 6. ante mediū illius.

Lib. 6. de C6 so. profa. 6. non longe a prin.

Profa vi. parū ante mediam.

Profa 6. parū ante mediam.

Q. 27. in fl. tom. 4.

Profa 6. parū a prin. & Aug.